



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XXXIX. Albrecht von Alvensleben zu Calbe macht mit Einwilligung seiner Söhne und seiner Tochter Mechthild, vermählten von Redern, im Kloster Marienthal eine Stiftung, am 12. März 1334.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

Veteris Haldefleue — — ad manus clauſtri prenominati promiſimus, cum primo dominus noſter Archiepiſcopus Magdeburgenſis venerit Magdeburg vel alias, vbi ipſum habere poterimus, in termino trium menſium poſt eius aduentum, villam Wederinge — —, quam preſato clauſtro vendidimus, cum tali iure, ſicut eam de illuſtribus principibus Marchionibus Brandenburgeniſibus habuimus, et nunc de domino noſtro Archiepiſcopo Magdeburgenſi prenotato habemus, ab eodem domino noſtro Archiepiſcopo perpetuo poſſidendam — — ordinare. Datum anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVIII<sup>o</sup>. in die Vr bani pape.

Nach einer Abſchrift in dem Halb. Dom-Archive, aus Wohlbrück's Sammlung.

XXXIX. Albrecht von Alvensleben zu Calbe macht mit Einwilligung ſeiner Söhne und ſeiner Tochter Mechtild, vermählten von Hedern, im Kloſter Marienthal eine Stiftung, am 12. März 1334.

Albertus, miles, dictus de Aluenſleue, reſidens in Calue, — — habito pleno et expreſſo conſenſu heredum ac filiorum meorum, videlicet Alberti et Frederici, ac Mechtildis filie mee, vxoris famuli dicti Rhedere, nec non aliorum omnium, quorum conſenſus fuerat requirendus, ob remedium anime mee ac parentum meorum — — contuli ac preſentibus conſero religioſis viris Domino Abbati et conuentui in Valle Sancte Marie — — vnum ſolidum Helmſt. denariorum ac vnam partem ſeu fruſtum durum ſalis cenſus perpetui in ſalina oppidi Sceninge, quem videlicet cenſum dicti religioſi qualibet ebdomada perpetuo die ſabbathi percipient, et cum omni iure, quo ego et progenitores mei a retroactis temporibus ipſum habuiſſe ac percepſiſſe diſcoſimur libere ac in omni tempore poſſidebunt. — — Ipſi vero dominus Abbas et conuentus preſati huius mei beneficii non immemores, me omnium ſuffragiorum ac bonorum operum, que apud eos ſient, perpetuo participem fecerunt, et preter hec omnia decreuerunt de bona et liberali voluntate ſua, vt in capella ſanctorum Felicis et Adaucti, in qua vxores mee ac conſanguinei ſepulti ſunt, vigilie et miſſa die quolibet — — celebrentur in perpetuum, ad quas ſcilicet vigilias et miſſam collecta ſpecialis dicetur, ac mei, parentum, vxorum et liberorum meorum iugis memoria recoletur. Teſtes horum ſunt Dominus Borchardus de Affeborch, reſidens in Esbeke, Borchardus, filius dicti militis, Wasmodus de Scheninghe, Gotfridus Buſchekeſte, famuli; Item discreti viri Henningus Soltgranius, Johannes, Cath., Fricko, Var., Thilo et Joh. dicti Buſere, Henr. dictus Heydeber, ciues in Scheninge. — — Datum et actum in Calue, anno domini milleſimo trecentiſimo triceſimo quarto, in craſtino beate Gregorii pape.

Nach einer im Guntziſch. Archive befindlichen Abſchrift, aus Wohlbrück's Sammlung.